

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sleker Valentin Legdaeus

Disputatio Physica De Materia Rerum Prima

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729133478>

Druck Freier  Zugang



Z. Sicker.
R. U. phil. 1613.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729133478/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729133478/phys_0002)

DFG

93

D. T. O. M. A.
DISPUTATIO PHYSICA.
De
MATERIA RERUM
PRIMA.

Quam
In inclita Academia Rostochiana

Sub PRÆSIDIO
M. IOANNIS SLEKERI. Ph. P. P.

Publicè ventilandam proponit

VALENTINUS LEGEDÆUS
Sverinenf. Megap.

*In Auditorio Magno ad diem 2. Octob. horis
à sexta matutinis.*



ROSTOCHII
TYPIS JOACHIMI PEDANI,
Anno M. DC. XIII.

1. In City Tong Lai. or more explicitly, p. 153
at 1/2 mile from the portico, so called
Simplex (Chao) + Physic. Drugstore. for
water making. Located in phys. bld. c. 2.
where 2 w. S. 20th street. Specimen amphora
in 20th street corner specimen. Other anti-
quities in distribution. Case (Bar 3) the
for effects.



DE MATERIA RERUM PRIMA.

THESIS I.

Cum nihil in rerum natura videatur obscurius
nihilq; cognitu difficilius prima rerum mate-
rie, attestante Zab. lib. I. de pr. mat. c. i.
sub disquisitionis incudem eam oīv θεῷ revoca-
re nobis est animus: nam sicuti lapidum collisi-
one ignis; ita ex disceptationibus elicetur veritas Scal. Exer. 308.

2. Uerum ut ritè procedamus, de quæstione An sit prius,
quam quid sit agemus: imo & hoc maximè necessarium vide-
tur, cum plurimi sint, qui illam dari negant, & tanquam pro a-
ris & fociis propugnatū maximum illius defensoribus movere so-
lent bellum.

An sit Ma-
teria pri-
ma.

3. Imprimis vero Ramus ipsiusq; asseclæ Materiam pri-
mam puram esse figmentum in Aristotelis cerebro natum, atq;
ob id in rerum natura non reperiri, affirmare non erubescunt.

4. At dari & esse & quidem necessario in ist hac verum
universitate. quis mente compos dubitabit? sanè qui materiam
primam neget, is quoq; compositionem materiae & formæ inficia-
bitur Zab. lib. I. de pr. mat. c. 5.

5. Neg^t eā dari probatu erit difficile: hoc ipsum enim sequēti-
bus rationibus, de promis ex Aristotele aliorumq; saniorum phi-
losophorum monumentis, evincere conabimur: ad versariorum
vero argumenta postea adducemus, adductaq; examinabimus.

6. I. Ad eius inventionem primario nos deducit vicissundi-
naria Elementorum transmutatio: Nulla enim alia via
planior est, quā cognoscitur dari materiam, nisi una, quā u-
sus est Aristoteles lib. I. phys. sumpta à mutatione substantiali.
Etenim, hoc uno medio ostendi potest prima materiae necessitas
& non alio Zab. lib. de pr. mat. c. 5.

A

Videmus

7. Videmus namque experimur ex aere fieri aquam & verum ex aqua aerem: Hac vero transmutatio non est accidentalis tantum, verum & substantialis: tollitur enim ipsa substantialis forma aeris & introducitur forma aquae, & vice versa, tollitur forma aquae & introducitur forma aeris.

8. Hoc autem nullo modo contingere posset, nisi adesset subiectum, quod omnis mutationis expers, reliquas vero omnes sustineret. Nullus enim motus nisi in aliquo subiecto, quod Aristoteles inductione probat, quia nihil videmus nisi in subiecto transmutari.

9. Quapropter sic arguimus: Ubi est vicissitudinaria transmutatio, ibi oportet adesse materiam illi transmutationi subiectam. Omnis enim vicissitudinaria transmutatio statuit subiectum illam transmutationem deferentem. Zabat. lib. 2. de pr. mat. c. II. & I. post. ad cont. 16.

10. At in corpore naturali imprimis Elementis vicissitudinaria est transmutatio (ipsa approbante experientia vide th. 7.) E.

II. II. Possumus & hoc modo probare: Omnis generatio sit ex contrarijs Arist. lib. I. phys. t. 51. At contrariorum unum non recipit alterum. Materia itaque prima tanquam commune utriusque contrarij subiectum requiritur.

12. III. Datur materia. E. etiam prima Iac. Mart. Ex. Met. lib. I.

13. Consequentia est manifesta fieret enim progressus alias in infinitum. Sumamus enim v.g. Elementum aliquod aquam, illud compositum est ex materia & forma, quia est corpus naturale: Ista autem materia, prima erit aut secunda, si prima, habeo quod volo, si secunda, dabitur aliqua prior, ex qua illa sit composita: de hac ergo vicissim querimus, an prima vel secunda? si secunda progredietur in infinitum, à qua natura abhorret Arist. lib. I. de gen. anim. c. I. Necessario itaque subiectum dabitur, quod non sit ex priore atque sic materia prima. idem ibid.

Nunc

14. Nunc contraria Ramaorum argumenta, quibus materia prima è rerum natura exterminare putant, sunt adducenda, atq; num eā liberare possimus, videndum.

15. Argumenta verò sunt. I. Unde actu existens generatur, illud actu est. At materia prima actu non est, quia nullibi existit. E. II. Materia prima non incurrit in sensus. Quod autem non incurrit in sensus, illud non est.

16. III. Ex non substantia non generatur substantia. Materia prima non est substantia. E. IV. Ens rationis non est principium. Materia ens est rationis. E.

17. Hac sunt Ramaorum argumenta, quibus omnem materiam necessitatem tollere sibi persuadent: Hac inquam sunt, quibus materiam primam purū Aristotelis esse figuratum ostendere conatur: verūm accuratiori mentis iudicio si examinamus, omnia in sumum abibunt.

18. Faciemus autem periculum & I. ad primum resp. Maiorem esse falsam: potius enim ex duobus entibus actu existentiis tertium nullum generatur per se, Arn. epit Met.

19. Quid? actu si existeret materia, compositum esset non principium.

20. Ad 2. resp. Axioma illud (ut ita appellitem) Quod non incurrit immediatè in sensus illud non est ut falsissimum esse, ita etiam indignum philosophis, utpote, qui non unum spiritum immediatè non incurrere in sensus, attamen nihilominus spiritum revera aliquid esse Keck. syst. phys. lib. I. c. 2.

21. Praterea nec verum formæ substantiales immediate incurruunt insensus, quis autem inde inferret eas non esse?

22. Quare Philosophari si hic velint, nec ipsum corpus naturale generaliter sumtum aliquid erit, siquidem illud ita generaliter sumtum in sensus non incurrat. Videmus enim tantum hoc vel illud corpus in individuo. Kecker. syst. phys. lib. I. c. 2.

23. Dicimus tamen primam materiam sensibilem esse, licet

A 2

non

non actu (quia sensus circa accidentia versantur) potentia tamen
quatenus nimirum extra intellectum in natura est, & in ipsis singularibus Hip. prob. I. pag. 92.

24. ad 3. resp. ad minorem: Materiam primam non esse substantiam completam, sed incompletam.

25. ad 4. resp. minorem esse falsam: Materia enim est aliquid extra rationem. Arn. Epit. Met.

26. Eiusdem farinae sunt & reliqua argumenta, que adducere solent. Refutantur autem à Phil. coll. connib. lib. I. c. 9. q. I. Magiro lib. I. phys. Hippio probl. II. & alijs.

Materia pri
ma dupli-
ter conside-
ratur.

27. Jam secundo loco quid materna in sua natura & essentia considerata sit, inquiremus: Hic vero in initio notandum duas eius esse considerationes: docente Themestio in magna suo digressione in lib. I. phys. Unam absolutam, alteram respectivam.

28. Absoluta est, quatenus consideratur ut Ens, & hac Metaphysica est considerationis.

29. Respectiva est, quatenus consideratur ut subiectum transmutationis primum, seu pro ut corporum naturalium est principium & illa physica est considerationis.

30. Verum de prima eius consideratione hoc loco non uigat adeo erimus solliciti, sed praecipua nostra erit cura alteram secundam notionem videlicet accuratius pertractare.

Materiae
prima defi-
nitio.

31. Et in ea notione ab Aristotele hoc modo definitur ὡλη πρώτη
est τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἐνάσω, ἐξ ἧς γένεται η ἐνυπάρχοντες μὴ
καὶ συμβεβηκός εἴτε Φύσης αἱ οἵ, τὰς ἀφίξεις ἔχατεν: Mater-
ria est subiectum uniuersum, primum ex quo quipiam eo fit
pacto ut non per accidens insit, & si corrumperatur, ad hoc ultimum sane proficiuntur.

32. Dicitur I. subiectum: quia in omni generatione necessaria
requiritur subiectum in quo forma & privatio consistant, & in
quo fiat motus Arist. lib. I. phys. c. 7.

33. 2. Vocatur primum ad differentiam secundorum proxi-
morum.

morūq; subiectorum ut sunt Elementa omnīq; materia secunda,
ex quibus res immediatē generantur.

34. additur 3. ex quo quipiam fit, corpus videlicet na-
turale

35. dicitur 4. per se quia materia prima revera inest rei
generata sit q; pars substantie, non vero accidens.

36. s. adiicitur non secundum accidens, quo à privatio-
ne materia prima distinguitur. Est enim illa quoq; ex princi-
pijs, verum non ut pars essentialis ad rei generationem concur-
rit, sed ut accidentalis: quatenus nempē materiam excitat ad a-
lias atq; alias formas appetendas.

37. Postremo tandem subiicitur & si corruptatur ad hoc ultimum &c. Est enim illa primū generationis subiectum & resolutionis ultimum. Materia ultimū resolutionis subiectum.

38. Hoc autem non ita accipiendum. quod in corruptione semper fiat resolutio usq; ad materiam primam, ut volunt Thomista: Etenim contrarium ipsa testatur experientia: sed ideo ultimum appellatur, quod non licet ulterius in natura resoluendo progredi, cum ad illud fuerit perventum.

39. Ex hac definitione constat Materia primam per se & in se ortus & interitus esse expertem. ut & Arist. lib. I. phist. 8 I. teritus ex docet. Materia r. ortus & in-
pers.

40. Si enim generaretur opus esset subiecto aliquo primo ex quo generaretur, quodq; in ea ut pars essentialis & cōstituens remaneret.

41. At primum hoc subiectum ipsa est materia, ut ex definitione liquet. Quocirca materia prima si generatur, antequā generatur est, & si interit post interitum manei: Quicquid enim generatur ex primo aliquo generatur subiecto lac. Mart. Exer. Met. lib. 2.

42. Quare si generatur, ex primo aliquo subiecto gene-
ratur & sic per consequens ex se ipsa: quod autem ex se ipso ge-
A 3. neras

neratur illud fuit antequam fuit. Ergo si ex se ipsa generatur fuit
antequam generata fuit, quid hoc posset dici absurdius. idem
loco citato Mag. lib. I. phys. c. 2.

43. adde: Si materia prima generaretur compositum esset
non verò principium. Generatur enim solum compositum.
Scal. exer. 101. l. 15. & exerc. 346. Arist. lib. I. phys. c. 7.

44. Quod autem non generatur, neq; etiam corruptitur.
At prima materia non generatur ut fuit ostensum E.

45. Si enim corrumperetur aut in seipsam aut in nihilum
corrumperetur: non verò in seipsam, alias non esset prima, neq;
in nihilum, quia sic non daretur prima materia, in quam ulti-
mo omnia possent resolvi.

46. Notandum tamen materiam per accidens generari &
corrumpi in composite, quatenus id ipsum formam recipit, eam-
que admittit. Quare etiam additur in se id est in sua natura
considerata.

47. Contra obijcū: Quod caret ortu & interitu illud ater-
num: Materia prima ortu & interitu caret. E.

48. Ad id resp. Aristotelem quidem Materia primam
aeternam esse concedere: Nos verò è sacris literis aliter edocēti, di-
stingendum esse censemus inter generationem & creationem
& corruptionem & annihilationem.

49. Licet ergo Materia prima non sit generata, est ta-
men à Deo creata: Licet non corrumptatur, aliquando tamen
in novissimo videlicet die virtute divina annihilabitur.

Materia prima in-
formis. 50. Est & materia prima infirmū Arist. I. phys. c. 7.t.29.
Formam enim si haberet compositum esset, & sic corpus natura-
le: Quicquid enim ex materia & forma est compositum corpus
est naturale; at materiam primam corporis principium esse non
ipsum corpus quis ignorat?

51. Deinde si materia formam haberet substantialem,
nullam aliam in se recipere posset; Duæ namq; forma & essentia-
les in

les in una re concurrerent quod impossibile. Mag. I. i. phys. c. 2.

52. Præterea quod propriam & substantialem habet formam, per se subsistit: Forma enim rei largitur & essentiam & existentiam Arist. 2. phys. t. 28. & alibi.

53. Ubi autem materia prima per se subsistit? nupiam, nupiam dico nisi in rebus naturalibus; siquidem res singularis non est aut peculiaris substantia à reliquis distincta, sed sua natura communis in omnibus rerum formis latens. Iac. Mart. disp. 3. coll. phys. general.

54. Hoc autem de forma physica intelligendum esse volamus; Nam formam Metaphysicam, quam actum vocant materia prima omnino habet: Omne enim Ens, unico Deo excepto, ex actu & potentia est compositum.

55. Est tamen ad omnes formas recipiendas apta & idonea earumque appetens; ideoque per se non subsistit neque rite nisi est, sed semper in pura est potentia.

56. Non quidem ita, ut sit Ens tantummodo privativum, cuius tota essentia in potentia consistat, ut opinantur Thomas I. part. q. 66. art. 1. Caietanus de Ente & Essentia, lavella 2. Met. q. 5. & alij. sed in collatione ad formas recipiendas nihil est formarum suscipiendarum. Arn. Ep. Met.

57. Rectè autem contra illos Scotus 2. sent. dist. 12. ar- guit, qui omne, quod extra suas causas revera aliquid est & ex- sistit, actum esse quodammodo afferit, cu à non esse ad esse prodie- erit.

58. Materia verò prima revera ciquid est extra suas causas, idcirco aliquis actus ipse erit concedendus Entitatibus nimis um.

59. Actus autem Entitatibus dicitur, qui rem ponit extra Materię tñ- nihil, ut Vicomercatus ait lib. 1. de princ. c. 12. quo si desistere- buitur En- sur Materię prima, non esset subiectum transmutationis contra- titatibus. riorumque principium ut rectè insert Cœsalpinus lib. 4. q. 2. vide Arn. in Met. 61. Hunc

61. Hunc igitur actum necessum est ut prima materie tri-
buamus, licet sit imbecillis admodum, per quem negamus nihil
esse; qui tamen se referunt ad formas, cogitetur in pura esse potentia
lact. Mart. in Met.

Potentia
materie es-
sentialis.

62. Illa autem an ei sit essentialis vel accidentalis queri-
tur: dicimus essentialern esse, quia propter materię potentiam &
formę actum per se unum quoddam constituitur compositum: &
sicuti forma essentiale esse actum, sic prima materie esse potentia.

63. Verum enim vero ut recte hoc accipiatur, notandum
est I. duplicem materię esse considerationem Metaphysicam u-
nam, physicam alteram de qua supra 27. thes.

64. 2. duplicem Materię potentiam et docet Zab. lib. I.
de pri. mat. c. 10. Universalem & particularem.

65. Universalis est propensio materie ad omnes formas in-
distincte. Particularis autem propensio dicitur ad unam aliquam
formam.

66. Non verò particularis potentia, sed universalis mate-
rię prima essentialis est, non quidem quatenus Metaphysicè seu
absolutè sed quatenus physicè seu relate consideratur: ideoq; acce-
dente forma non perit universalis potentia sed particularis tan-
tum.

67. Illa universalis potentia, materia prima dicitur appen-
tius de quo loquitur Arist. lib. I. phys. c. 8. t. 81: vide Zabar.
lib. I. de pr. mat. c. 10. Est enim ille nihil aliud, quam natura-
lis propensio materie ad omnes formas indistincte.

68. Ideo etiam dicitur libera cum ad nullam formam sit
adstricta, sed ex aquo se habeat ad omnes suscipendas Arist. I.
de anima Zab. I. de p. mat. c. 10.

69. Per vicissitudines autem in se formas recipit; non verò
simil & semel. Quemadmodum enim cera propriam nullam ha-
bet formam, sed in potentia est modo leonis modo canis alteriusve
cuiudam animalis formam seu figuram in se suscipere, pro ut
arist-

artifex vult ei imprimere: dum autem sub una aliqua est, sub altera esse nequit.

69. Eodem modo se habet materia prima, & in potentia est ad omnes formas recipiendas indifferenter; attamen eas omnes non simul & semel recipit, sed successivè, ita ut priore abiecta mox introducatur alia.

70. Appetit autem Materia prima formam inquit Aristoteles, ut feminina marem & turpe pulcrum, I. phys. c. 9. t. 81. Materia appetit formam

71. Cum enim unicuique rei ingenitus sit à natura bonum ut appetat, quidni etiam materia prima, siquidem Ens est imperfectum atque in pura potentia, ut actum perfectionemque exoperatur?

72. Etenim cum substantialis forma ipsius materia sit iunctio, ac quoddam bonum non potest non fieri, ut sic à materia non appetatur, ut à turpi pulcrum ab imperfecto perfectum. Mag. lib. I. phys. c. 2.

73. Licet Materia prima actu prestantem aliquando obtinet formam; nisus autem alias subinde appeteret, nulla esset generatio nulla corruptio. Materia enim prima, cum formam quam habet abiecit aliisque recipit, res dicitur corrupti & nova generari.

74. Quapropter ab Aristotele prima materia causa dicitur conservationis rerum, quatenus nempe recentes semper appetit formas receptas, lib. 2 de Gen. t. 51. vide Conimb. I. phys. c. 9. q. 4. a. 1.

75. Hunc appetitum Avincenna I. suff. c. 2. Scal. Exer. 17. & 61. impugnant. Putant enim non dari appetitum sine sensu & intellectu.

76. Nos resp. quod cum prim. materiae appetitus tribuitur, id de naturali accipendum esse. qui in rebus etiam inanimatis reperitur.

77. Et iste appetitus nullum aliud est ut ait Themist. quam propensio & inclinatio naturalis, quae gravia deorsum levia sursum tendunt absque operi deliberatione vide Iac. Marci in Metaph.

88. Porro

Materia 88. Porro cum materia prima corporis naturalis sit principium, quare principium num sit vel activum vel passivum? resp. passivum: proprium enim Materiae dicitur passivum: prima esse pati Aristoteles affirmit. q. Met. c. i. item de gen. c. 7. t. 5. 3.

89. Probatur hoc modo: Quid actionem in se recipit, illud passivum est principium. At quia prima materia actionem recipit, à forma enim informatur, E.

90. Quid? causarum principiorum, in numero materia vix erit, si principiis passivi rationem ipsi erectam velis cl. præf. disp. 7. Ex. phil.

91. At inquit. Principiorū actio est non passio Scal. Ex. 12. f. 3. non itaq; recte materia statuitur principium passivum.

Materia 1. 92. Sed occurrimus tibi distinctione: Duplicem namque respectum primae non est sub-materia habet: unum ad compositum, alterum ad formam: priori modo agit,stantia cō-qua constituit, posteriori patitur, quia à forma informatur.

93. Ceterum cum materia prima corporis naturalis sit principium, ideoque ipsa non erit corpus naturale (Principium enim rei non est res ipsa) adeoque ne substantia completa. Keck. syst. phys. lib. i. c. 2. th. 4.

94. Ex hoc fundamento constat quid respondendum sic ad illud Aristotelis quando Materiam primam absolute consideratam 7. Metaph. c. 3. hoc modo describit: λέγει δ' ὅλην η̄ καθ' εὐθύνη μόντε τι, μόνη τοὺς πρᾶγματα ἀλλοι μηδὲν λέγεται, οἷς ωραῖς τὸ οὐ. Dico autem materiam quae per se ipsam neque quid; neque quantum, neque aliud quippiam dicitur, quibus Ens determinatur.

95. In hac descriptione dicit Aristoteles materiam primam non habere quantitatatem aliasve proprietates, quas habet substantia completa nimirum.

96. Cum vero prima materia non sit substantia completa sed incompleta seu pars tantummodo substantiae, neque etiam habebit quantitatem aut alias accidentias, quia proprieatatem substantiarum competit completis.

97. Quantitatatem tamen ipsi cum Averroë largiamur necessum est, et si non determinatam attamen indeterminatam, quae postea à forma adveniente determinatur.

Materia 1. 98. Nijs enim materia per se quanta esset, nec ipsum compositum quantum esset & sic neque divisibile.

99. Aut enim quantitatem habebit à forma aut à materia. At non à forma utpote quae indivisibilis Arist. 6. Met. Met. text. 10.

100. Materia itaque si per se causa erit divisibilitatis, quanta quoque erit per se: Cetera vera quanta quantitate materia. Hæc pro tenuitate ingenij de materia prima.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729133478/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729133478/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729133478/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729133478/phys_0016)

DFG

les in una re concurrerent quod impossibile Ma

52. Praterea quod propriam & substantiam per se subsistit: Forma enim rei largitur & istentiam Arist. 2. phys. t. 28. & alibi.

53. Ubi autem materia prima per se subsistam dico nisi in rebus naturalibus siquidem est aut peculiaris substantia à reliquis distincta, communis in omnibus rerum formis latens. Iac. coll. phys. general.

54. Hoc autem de forma physica intelligimus; Nam formam Metaphysicam, quam acturia prima omnino habet: Omne enim Ens, unicum actus & potentia est compositum.

55. Est tamen ad omnes formas recipienda
earumq; appetens; ideoq; per se non subsistit neg-
scemper in pura est potentia.

56. Non quidem ita, ut sit Ens tantum
cuius tota essentia in potentia consistat, ut opin.
I. part. q. 66. art. I. Caietanus de Ente & E.
2. Met. q. 5. & alij. sed in collatione ad formas
est formarum suscipiendarum. Arn. Ep. Met.

57. *Recte autem contra illos Scotus 2.
guit, qui omne, quod extra suas causas revera-
isit, actum esse quedammodo asserit, et à non e-
erit.*

58. Materia verò prima revera cliquid
causas, idcirco aliquis actus ipse erit conceden-
timurum.

59. Actus autem Entitativus dicitur, qui re nihil, ut *Vicomercatus* ait lib. i. de princ. c. 12. sur Materia prima, non esset subiectum transmutacionis, principium ut recte insert. Cœsalpinus vide Arn. in Met.

